



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Hæresis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

44 Societas fratrum in lucro omni, non intelligitur in lucro ex officio publico, aut merito personæ, sed ex negotiationibus.

*Syl. Peculium. 2. nu. 45.

45 Si pater filij aduentitia bona dilapidauit, tenentur ei reliqui fratres: tenentur, & pro parte sua sustinere onus solutionis factæ à parte ex pietate pro filij delicto: quod si ex necessitate soluit, solus filius ille sustinebit.

*Vide Lopez p. 2. c. 23. Syl. Peculium.

Hæresis, vide Bulla Cæna, Episcopus, Excommunicatio, Filius, Fiscus.

Non est hæreticus, qui ex infirmitate animi de fide dubitat, non pertinaciter; quin etiam secundum *Can. l. 12. de loc. c. c. 9. ad l. dum dubirat*, non est censendus hæreticus: in dubio enim non est pertinacia quæ ad hæresim requiritur; tamen in contrarium est communis sententia, quæ tenenda est, nec qui per ignorantiam errat contra fidem, se tamen Ecclesiæ Romanæ submittens, paratus id credere, quod illam credere intellexit. *Vide s. Damnamus. de summ. Trinit.*

*De hac re *Azorius l. 8. c. 9. & alij.*

**Nau. c. 11. num. 22. Tol. l. 4. c. 3. nu. 8. Syl. Hæresis. l. nu. 6. Caiet. vers. Excommunicatio. c. 1.* hæresis non est, nisi sit error pertinax: est autem pertinax, dum homo scit, assertionem esse damnatam ab Ecclesia, vel diuinæ scripturæ repug-

repugnantem, vel ignorat crassa ignorantia.
Sot. d. 22. q. 2. art. 3. col. 9.

2 Hæretici absolutio valida est, etiam si fidei
 conuertatur.

3 Hæreticus non priuatur bonis, aut pote-
 state, nisi per sententiam Iudicis. Nec post eam
 tenetur dare bona filio, nisi id exprimat in
 sententia.

**Vide Mol. d. 95. Couar. Epit. p. 2. c. 6. §. 8. {Nisi}*
ita Bannes 2. 2. q. 12. art. 10. col. 8. Io. And. Arch.
D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3. Caiet. 16. contra Par. Fel.
Castro. {Nec post} Couar. l. c.

Nec beneficij possessionem *Azorius lib. 8.*
cap. 13. q. 8.

4 Hæretici impœnitentis, & damnati per
 Iudicem filius, & nepos: hæreticæ verò solus
 filius nullum potest beneficium, aut publi-
 cum officium obtinere, nisi esset natus ante
 patris hæresim, aut in regione hæretica, aut
 esset occultum ipsum esse filium hæretici: po-
 test tamen ordinari.

**Filios mortui hæretici, aut nepotes paternæ*
lineæ ordinibus insigniri non posse, tradit
Maiol. l. 5. c. 46. nu. 4. de Irreg. ex c. Quicumque, de
heret. l. 6. Nau. c. 27. n. 205.

Potest *Tol. ital. l. 1. c. 25. n. 8.*

5 Abiurans hæresim, est inhabilis ad officia,
 & beneficia: secus si abiuret non hæresim, sed
 solum de leui, aut vehementi.

**Maiol. l. c. nu. 3. Syl. irregularitas. 7. si respue-*
rit,

nit, poterit susceptos ordines exercere cum dispensatione, nō tamen altiores petere. *Ma. iol. l. c. Syl. l. c. nihil dicens de dispensatione.*

6 Ex sortilegio, aut diuinatione non probatur quis hereticus, sed praesumitur.

7 Sepeliens cum praesumptione, id est, & dolo, & malitia, in loco sacro cum quem scit esse hereticum, est excommunicatus: non scit autem, qui sola fama scit.

* *Syl. l. c. 16. vers. excommunicatio. 9. §. 27.*

8 Patrem hereticum potest quidem filius denunciare, sed non tenetur, nisi sit periculum peruersionis aliorum.

* *Alexis 3 p. q. 33. m. 4. art. 2. Tol. l. 5. c. 1. nu. 10. p. ut teneat.*

9 Ultramontanus non tenetur denunciare hereticum, cum quo solum ultra montes est conuersatus, secus si in Italia, aut Hispania.

* *Innu. c. 9. nu. 8.*

10 Omnis hereticus est schismaticus, sed nō è contra. *Syl. Schisma. 1.*

11 Credentes hereticorum dicuntur, qui implicite credunt, quod illi explicitè.

* *Nau. c. 27. num. 55. Tol. in explic. Bull. & Cœne. excom. 1. n. 17.*

12 Temeraria dicitur assertio tanquam certius, quod efficaciter probari non potest: erronea vero cum praeterea falsa est: at heretica, si est aperte contra fidem.

* *Syl. Haeresis 1. m. 3.*

Addit.)

Addit) Hæreticus sola mente non est excommunicatus *Caiet. vers. Hæresis, Sot. d. 22. q. 2. ar. 3. col. 10.*

Qui per diploma potest absoluerè à calibus Bullæ Coenæ, potest etiam ab hæresi exteriori, *Soto teste l. c. col. 10.* sed contrarium declararunt Pius V. & Greg. XIII. *Azorius lib. 8. c. 10. q. 12.* vbi multa de hac re.

Histrion, vide Ludus.

Homicidium, vide Baninitus, Bellum, Dordum, Hereditas, Irregularitas, Tyrannus.

1. **A** Bortum procurare ad salutem matris si dubitatur, an anima rationali præditus sit fœtus, mortale est; non autem si probabiliter credatur non esse, aut si credatur quidem esse, sed detur medicina non ad abortum sed ad matris salutem, etiam si præter intentionem abortus sequatur.

*De Homicidio multa *Val. Bannes. Salon 2. q. 64. Sot. l. 5. q. 1. ab art. 1. P. N. l. 2. c. 3. D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 64. Nau. c. 15. Lopez p. 1. à c. 60.*

**Sylu. Homicidium à nu. 2. Vide Ioan. Corr. q. 1.*

Non autem *Cordu. l. 1. q. 38. P. N. l. c. n. 142.*

Ante animationem etiam directè, & delectata opera abortum procurare, remedio etiam ad vitam tuendam instituto p. m. putat *P. N. l. c. nu. 149. cum Quar. 2. q. de homic. §. 3. nu. 1.*